

02 H 385

10





vis. H

382 H 20

Nº 3790





1595  
*Quod Deus bene vertat!*

DN. IO. BRVNNEMANNI,

JCti Celeberrimi,

Sereniss. Elector. Brandenburg.

quondam Consilarii. & in Acad. Francof.

Ordinarii,

EXERCITATIO IUSTINIANEA. I.

*ad*

*Titul. priores Libr. I. Institut.*

*quam,*

*Cum Corollaris ex GROTIUS,*

IN ALMA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO,

I. V. D. Prof. Publ. Ordinar. & Facult. Juridicæ

Adsesore,

Cognato suo, ex B. Autore Patruo, honoratissimo,

D. XVI. Februar. A. O. R. M. DC. XCV.

publicæ disquisitioni submittit

SEBASTIAN DANIEL BRVNNEMANN,

Colberga Pomeranus.

---

HALÆ Magdeburgicæ,  
Typis STEGMANNIANIS,







## COROLLARIA

*Ex Hugonis Grotii de I. B. & P.*  
PROLEGOMENIS.

## I.

**N**omen tantum Iuris Naturæ, non ipsam rem existere, quidam doctrina, multi moribus professi; hinc nihil iniustum esse, quod utile, Euphemi dictum est, apud Thucididem *l. VI.* sed impium, ac recte a Grotio refutatum. Fateri tamen cum Zieglero tenemur, plerumque sub iustitiæ colore, id quod utile est, commendari.

## II.

Sed an iura ciuitatum & particularia pro ratione utilitatis constituta, quæstio est. Optime distinguit B. Pufendorf. *l. 2. de I. N. & G. c. 3. §. 10.* inter illud, quod sana ratio, & quod affectus male compositi, utile iudicant. Illo sensu affirmamus, hoc negamus. Et ita consentit Grot. *§. 16.*

## III.

Rectissime Grotius *§. 7.* studia utilitatum suarum in animantibus irrationalibus, ex principio aliquo intelligente extrinseco provenire, statuit. Et vix aliter explicare innumera exempla possumus.

## IV.

Quodnam iuris naturæ fundamentum atque principium varie hætenus disputatum, plerique re ipsa conveniunt, sed de nomine disputant. Nobis Grotii sententia placet *§. 8.* ubi societatis custodiam fontem iuris naturæ asserit, quem sequitur & explicat Dn. Pufend. *de I. N. & G. l. 2. c. 8. §. 15. seqq.*

V. Ho-



## V.

Hominem ad societatem natura aptum natum non esse, sed disciplina factum Hobbes asserit *de cive* c. 1. §. 2. *ibiq. in not.* Nos vero cum Bœclero, Pufendorffio, aliisque contrarium statuimus.

## VI.

Ex societatis custodia Ius Naturæ deduci posse, existimat Grotius §. 17. etiamsi detur, quod tamen sine summo scelere dari nequit, non esse Deum, aut non curari ab eo negotia humana. Sed recte hac in parte ab eo recedit Pufend. l. 2. c. 3. §. 19. Nec enim iuris Nat. præcepta explicari possunt, nisi Deum supponamus.

## VII.

Necessaria est distinctio in ius Naturæ & Gentium, ac recte eam explicat Grotius §. 17. Illam vero in ius Gentium primæum & secundarium, reiicimus.

## VIII.

Nullam plane communitatem sine iure conservari posse, nec latronum quidem coetum, cum Aristotele optime asserit Grotius §. 23. Hinc nisi æqualitatem in dividendis rebus, ex æquo observarent, ipsi inter se bellis & præliis implicarentur.

## IX.

Falsum est, in bello omnia iura cesare, potius nec suscipi bellum debet, nisi ad juris consecutionem: Si ent ergo inter arma LL. sed civiles & particulares, non vniuersales & perpetuæ.

## X.

Historias multum facere in moralibus, rectissime docet Grotius §. 46. Ius enim naturæ, inquit, aliquo modo inde probatur. Sed caueat hic quispiam, ne regulam formet, omne illud esse iustum, quod hic vel ille populus pro iusto habuit: Id enim & falsum est, & periculi plenum.



*Quod felix faustumq; sit!*

## EXERCITATIO JUSTINIANEA I.

ad Tit. 8. priores Lib. I. Inst.

### Prooemium Institutionum.



Invocatio nominis Divini in Instrumento ut expres- 1.  
sè præponatur, non requiritur jure civili *per Nov. 47.*  
*cap. 1.* sed tamen de consuetudine & novissima con- 2.  
stitutione Imperii, *Ordinat. Notar. Col. Anno 1512. §.*  
Und nach dem.

*Ad §. 2.* Codex Justiniani primus ex Hermog. Theodos. & Greg. 1.  
collectus A. 529. VIImo Iduum Apr. promulgatus est. Digesta autem  
An. 533. mense Decemb. promulgata, diu ante composita, & his absolutis,  
licet nondum promulgatis, Institutiones eodem anno mense Novemb.  
editæ, quas subsequutus Codex novus A. 534. mense Nov. 50. Decisioni-  
bus (quarum tamen quædam etiam ante Digesta confectæ ut *L. 1. C. com-*  
*mun. de Manum.*) & aliis novis Constitutionibus auctus, quarum sub- 2.  
scriptio Lampadio & Oreste Coss. aut Justin. III. aut IV. Cons. aut post  
Lampadii & Orestis Cons. &c, *Alciatus l. 6. parerg. c. 14.* Quæ com- 3.  
munis nota illarum Decisionum est; quanquam illa subscriptio quoque  
Constitutionibus Justiniani & Decisionibus communis sit. Et hinc qui-  
dem certum, quod latæ sint quinquaginta decisiones, id verò incertum,  
an omnes an verò pauciores in Codicem repetitæ prælectionis insertæ  
fuerint. *Emund. Merill. libr. de 50. Decis. Justin.* Hæc certior Decisio-  
num nota est, si mentio fiat juris dubii, & hujus decisio subjiciatur. Ap- 4.  
paret tamen 1. Codicem derogare Digestis & Institutionibus, atque his  
omnibus derogare Novellas. Apparet & hinc 2. ratio, cur in Institutioni-  
bus allegentur Constitutiones, quæ in nostro Codice non reperiuntur.

*Ad §. 3.* Tribonianum sine crimine falsi, datâ quippe sibi potestate, 1.  
veterum responsa interpolare potuisse, probat *bic §. & §. tant. 10. de Con-*  
*firmat. Digest.* Et hinc malè ingentia flagitia Tribonianum commisisse  
asserit. *Cujac. not. ad §. si quis in aliena 34. l. de Rer. div.* & ipsius sive stul-  
titiâ sive audaciâ incusat *Franc. Balduin. lib. 2. Justinian.* quanquam 2.  
non diffitear, melius de nostris ingeniis mereri potuisse Tribonianum, si  
loca à se interpolata notasset. *Vid. Hotomann. 3. Observat. 2.*

A

Tit.



## Tit. I. De Justitia &amp; Jure.

1. *Ad pr.* Justitiam definiri Universalem qualem communiter in Ethicis supponunt, ex hoc §. & §. 2. b. t. tum ex titulis bene multis evincimus cum Bachov. in Treutl. disp. 1. thes. 1. lit. C. Duaren. de Just. & Jur. t. 3. Vid. Nov. 69. pr. & errant qui intra cancellos forensium causarum jus nostrum coercent, confundentes Jureconsultum & Advocatum Bachov. d. l. Wesem. hic. n. 4. Inde quomodo quis sibi injuriam inferre possit, intelligitur, injuriæ voce generaliter accepta, ut justitiæ opponitur. Casus pro amico in judiciis cum Tessauro Decis. Pedemont. 89. n. 3. & Decis. 206. n. 13. & Menoch. lib. 2. arbit. quest. cent. 4. casu 349. n. 22. detestamur & rejicimus.
1. *Ad §. 1.* Divinas res tractat, jus relatè, quatenus & Deo tribuendum, quod ipsius est, quatenus cultus Dei externis ceremoniis peragendus, & quatenus denique circa res sacras justitia administranda. §. 8. I. de R. D. Novell. 6. 7. 55. 58. 120. 146.
1. *Ad §. 3.* Honestatem non lædunt Leges, quæ aliud permittunt & limitant majoris mali evitandi causa; ut Mosaicæ Leges Polygamiam & divortium, propter *σκληροκαρδία* Judæorum Matth. 19. v. 8. Romanæ verò Concubinatum. Nec læsionem permittunt, dum ob sui corporis defensionem invadentem etiam cum ultima internectione, L. 4. ff. ad L. Aquil. modo aliter effugere periculum quis nequeat L. 45. §. 4. ff. d. 1. repellere permittunt. L. 3. ff. b. t. Et quamvis ob læsionem infra dimidiam contractus non rescindant, L. 2. C. de Rescind. Vendit. ob lites videlicet minuendas, ipsam tamen læsionem non approbant. Suum alteri tribuit, quicumque ipsi prodest in eo, quod sibi non nocet. l. 2. §. item 5. vers. quanquam tamen ff. de aqua pluvia arcenda.
1. *Ad §. 4.* Publicum quoque jus ex naturalibus Gentium & Civilibus præceptis collectum est, quanquam non de omnibus ex æquo participet. Vid. L. 2. & 3. ff. b. t. c. in apibus 41. C. 7. q. 1.

## Tit. II. De Jur. Natur. Gent. &amp; Civil.

1. *Ad princ.* Jus naturale hîc definitur primarium. Aliàs in genere est, quod homini imprescit Natura, ut etiam sine discursu noscatur.
2. Nam & secundarium, quod homini tantùm competit, ut Religio, honor parentum, abstinencia ab aliorum bonis, &c. sine discursu cognoscitur, licet jus Gentium primarium, sed improprie, dicatur. Actus juris naturalis sunt communes brutis, materialiter scilicet non formaliter, ut è jure procedunt, Covarr. in c. peccatum de R. I. relic. p. 2. §. 11. n. 4. seu analogicè



gicè commune est jus, & secundum proportionem, non univocè. Edu- 4  
candi & alendi necessitas inter parentes & liberos reciproca, l. 5. §. 16. de  
agnosc. libb. & quia ex jure naturali fluit, ideo nec avus maternus excusa-  
tur d. l. 5. §. 5. nec pater emancipati (qui tamen tantùm in subsidium) l. 5. §.  
§. 1. d. t. Nec liberi, qui alimenta præcepta prodegerunt Coler. de ali- 5  
ment. l. 1. c. 2. n. 22. Alimentorum verò nomine vestitus & habitatio &  
cura ægroti continentur. l. 6. ff. de alim. leg. l. verbo victus 43. cum leg. seqq.  
de P. S. non tamen sumtus disciplinæ d. l. 6. licet à patre aliàs debeantur, 7  
arg. l. 4. ff. ubi pupillus educar. Sed hæc necessitas alendi jure civili re-  
mittitur: 1. ubi filio suppetunt bona, unde se alat, ut si opifex sit d. l. 5. §.  
7. 2. si ingratus filius l. ult. C. de alendis lib. d. l. 5. §. 11. modo quid dignum  
exhæredatione commiserit. Coler. d. c. 2. n. 88. seqq. Surd. de Aliment. Q. 1.  
tit. 7. 3. si ex incestu nati N 89. c. ult. quod temperatum cap. cum haberet 8  
X. de eo qui duxit in matrim. quam &c. Vid. Enekelius Baro de Privil.  
Parent. Priv. 7. c. 3. n. 17. maximè si aliunde alimenta peti nequeant, Gail. 2.  
obs. 88. n. 4. ubi id in utroque foro obtinere asserit.

Ad §. 1. Illud tantum jus Gentium, quod secundarium quibusdam 1  
s. excogitatum, s. ratiocinationis dicitur, hîc describitur, quod ex natura-  
li ratione, usu & necessitatibus humanis accedentibus, Gentes æquum es-  
se putarunt, ut parcendum esse dedititiis, Legatos debere esse sanctos.  
Primarium enim quod dicitur, improprie jus Gentium dicitur, est enim 2  
revera jus naturæ. Civitatem quamvis statuta condere posse, malè qui- 3  
dem vulgò ex hoc §. colligunt, melius tamen probatur ex l. fin. ff. de colleg.  
modo non perpetuæ jurisdictionis causa, sed velut pactum inter privatos  
statuantur, nec ea derogent juri communi. Conf. Job. Coppen Obs. Pract.  
18. ad Instit.

Ad §. 2. Causa impulsiva Juris Gentium duplex est 1. usus & utili- 1  
tas 2. Necessitas. Hæc bella quoque introduxit, quæ vel offensiva, quibus  
jus nostrum, si iudex communis non adsit, persequimur ipsi. Vel defen- 2  
siva, quibus vim nobis illatam repellimus. Utraque justa sunt, si causa  
justa & modus gerendi justus. Vid. Hugon. Grot. de I. B. & P. l. 1. c. 2.

Ad §. 3. Scriptum jus à non scripto discernitur: 1. quia scriptu- 1  
ra commune illius accidens seu adjunctum est. 2. Quia in nostro jure  
non reperitur lex, nisi scripta. Non igitur ad essentiam legis scripturam 2  
requirimus, sed expressum consensum, sicut ad consuetudinem tacitam,

A 2

licet



licet & hæc memoriæ, non sanctionis causa, in scripturam redigi cõposit.  
*Bachov. in Treutl. disp. 1. lib. 5. lit. B.*

1. *Ad §. 6.* Verba *in eum* ad principem referimus, non populum, hoc sensu, ut populus non tantum concesserit Principi potestatem leges ferendi, id est, cumulativè, sed etiam in Principem transfulerit, id est, dederit etiam privativè. Nulla ergò Majestas, vel ferendarum legum potestas remansit penes populum. Privilegia omnia personam non egrediuntur, nisi 1. realia sint & causæ dentur, non personæ, *l. in omnibus 68. & l. 196. de R. I.* talia sunt immunitates rerum *l. 3. §. 1. de censib.* aliud exemplum *l. 31. §. fin. ff. de Relig. & in l. 6. de in integrum Restit.* nisi 2. Si ad familiares non extenderetur privilegium, illud esset inutile. *Dec. in d. l. 68. n. 8. & seqq.*
1. *Ad §. 8.* Quamvis iudex à sententia JCtorum (quia hi tantam auctoritatem non habent, quantam veteres Prudentes, de quibus hic) recedere hodie possit impunè, *per tradita Pacis Scale de Consil. Sapientum lib. 4. c. 25.* Excusabitur tamen non tantum pars litigans, ne temerè litigasse dici possit, quæ pro se consilium habet; sed & ipse iudex, si in casu dubio secundum consilium celebris JCti pronunciando erraverit. *Pax Scale. lib. 4. cap. ult.* quanquam Dd. in lectionibus potius imitandos, quam in consiliis, velit *Mynsing. lib. 6. Observ. 60.*
1. *Ad §. 9.* Consuetudo, cujus speciem rectè Stylum etiam dicimus, requirit. 1. Rationabilitatem i. e. ut non sit contraria juri naturali, nec civili jure disertè prohibita, v. g. *in Auth. navigia C. de furtis. l. un. C. de Monopolis.* Ad quem casum restringenda videtur satis vexata illa *l. 2. C. que sit longa consuet.* 2. Frequentia actuum saltem extrajudicialium *Schneidew. hinc n. 5.* (nam in *l. 34.* consilium tantum, non præceptum. *Donell. l. comment. cap. 10.*) tot, quot pro ratione causæ, temporis, loci, quo gesti sunt, iudex arbitratus fuerit, ut inde notitia & tacitus populi consensus colligi possit. 3. Diuturnitatem, quæ ad decennium adstringi nequit, sed iudicis arbitrio permittenda, qui circumstantias Reipubl. causæ, temporis, loci, perpendet. *Duarenus ad tit. de LL. cap. 11. Menoch. l. 2. cent. 1. usq. 83. Heig. hinc 9. & alii.* Neque enim confundenda cum vulgo præscriptio cum consuetudine, quæ immane quantum distant. 4. Continuitatem, *per cap. fin. X. de Consuetud.*
1. *Ad §. 11.* Naturalia jura, sic propriè dicta (quæ positiva alioquin vocantur, permissivis contradistincta) immutabilia sunt, in genere scilicet ac thesi, sed in specie ac hypothesis, non rarò temperantur, vel ab ipso



ipso jure naturali, quoties duæ juris naturalis regulæ alioquin pugnant, nisi inferior cederet superiori. *Wesemb. in w. de Just. & Jur. n. 15.* vel à jure civili, quod ob certam rationem effectum juris naturalis interdum impedit, *arg. l. jus civ. 6. de 7. & 7. & ibi Zas. n. 19.*

*Tit. III. De Jure Personarum.*

*Ad §. 1.* Facultatis illud esse dicitur, quod ex sola voluntate facientis pendet, illud verò juris, quod ex permissione legis vel hominis. Sic res meræ facultatis est, ut per fundum meum eam; ut perpetuum liceat ire, si servitus mihi competat, juris est. *Faber lib. 1. Jurispr. tit. 3. pr. 2.* Facit hoc ad intellectum regulæ: Res meræ facultatis non præscribuntur. *l. 2. ff. de via publ.*

*Ad §. 2.* Dominio alieno non sunt subjecti subditi, sed Regimini; Neque filii familias, sed potestati; neque pupilli, sed directioni; neque planè homines adscriptitii, dum proprium quid habere possunt. *L. 20. pr. C. de Agric. & Censit. & servis opponuntur. Nov. 123. c. 17. c. 2. X. de judais. Bachov. in Tr. D. 2. th. 2. lit. D.* Idem dicendum de propriis hominibus, qui liberi quidem sunt, sed tamen quatenus à domino acquiruntur, possidentur, venduntur, vindicantur, notam servitutis ferunt. *L. Ne diutius 21. C. de Agric. & Censit. Gudelin. d. lib. 1. c. 5.*

*Ad §. 3.* Inter Christianos hodie servitutis jura in bello nulla, *Alciatus ad l. 229. de V. S. Bodin. l. 1. de Rep. c. 5.* quia bellum inter eos plusquam civile. In bellis tamen cum infidelibus hæc jura solent adhuc hodie observari. *Did. Covarruv. in c. peccatum P. 2. §. 11. n. 6. Petr. Gudelin. de Jur. Noviss. Lib. 5. c. 4. vers. attamen. Bachov. in Treutl. Disp. 2. th. 2. lit. F.* Militibus etiam modernis potestas detinendi captos concessa, donec solutum fuerit lytrum, quod capienti solvendum; Nisi captivi sint personæ summæ dignitatis, in quos non capienti, sed supremo belli Duci, vel ipsi etiam Principi tantummodo jus est. *Vid. Rec. Imp. Spir. in der Neuterbestallung de Anno 1570. artic. 94. seqq. Hug. Crot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. cap. 7. in fin.* Venditio sui ipsius (quæ jure civili permixta, non ob voluntatem vendentis, sed in pœnam facti improbi. *Vult. hic n. 4. ne obstat, l. 37. ff. & l. liberos 10. C. de liber. caus. & l. 13. ff. ad L. Aquil.*) sublata per *Nov. Leonis 59.* Magis autem de vetudine, qua & in totum servitus, quæ per sententiæ atrocitatem fiebat, sublata. Nam per *Nov. 22. cap. 8. & 9.* sublata ea tantum quoad ingenuos, mansit quoad libertinos.

*Ad §. ult.* Servorum (de simplici servitute hoc intellige, non ea quæ

A 3

pœnæ





2. poenæ innexa per l. 1. C. qui non possint ad libert. pervenire) eadem conditio; scil. respectu domini: Si qua enim distinctio, accidentalis ea est, ratione non status, sed operarum, & à mera voluntate domini dependet, Bachov. in Treutl. disp. 2. thes. 3. lit. G.

## Tit. IV. De Ingenuis.

1. Ad pr. Liberi matrem sequuntur, ratione status scilicet, 1. ob necessitatem. quia spuriorum pater incertus, imò nullus. 2. Ob certitudinem, quia punctum conceptionis, quo quis pater est, incertum est. Anton. Faber. ad l. 5. ff. de Stat. hom. 3. Ob favorem nati, cui pluribus temporibus mater prodesse potest, quàm pater. per §. hunc Dd hic comm. non verò ratione familiæ & dignitatis, ad quem casum restringenda l. 19. de Statu hom. Schneidew. hic n. 4. Ingenuis quis efficitur etiam juris fictione, ut per sententiam l. 25. de statu hom. iurjurandum l. 30. § 4. de iurejur. per militiam sacram & prophanam. Nov. 123. c. 17. l. 6. C. qui militare. utrumque tamen tantum sciente domino, per dicta jura, & per Natalium restitutionem l. 2. § 3. de Natal. restit. quod hodie omnibus Libertinis datum, per Nov. 78. c. 1. § 2. quoad alios sc. non Patronum, cui jus patronatus semper salvum d. c. 2. Pro ingenuis quodammodo & ex parte habentur, qui jus aureorum annulorum adepti, jure successione patrono salvo l. pen. § ult. de Jure aur. annul. & ii quibus remissum jus patronatus. l. 3. C. de bonis libert. saltem tacite per conjugium. l. 8. C. de operis libert. Jure Novellar. etiam ex serva matre & patre ingenuo ingenuis nascitur, si Dominus eam collocavit in matrimonium, vel si scivit eam nubere & studio tacuit. Nov. 22. c. 10. § 17. Auth. Ad hoc C. de Latin. lib. toll. Si ipse Dominus duxerit ancillam ex dotis inscriptione & libera censetur, filiique fiunt ingenui Auth. Nova alia C. de natural. lib. Nov. 78. c. 3.
3. Pro ingenuis quodammodo & ex parte habentur, qui jus aureorum annulorum adepti, jure successione patrono salvo l. pen. § ult. de Jure aur. annul. & ii quibus remissum jus patronatus. l. 3. C. de bonis libert. saltem tacite per conjugium. l. 8. C. de operis libert. Jure Novellar. etiam ex serva matre & patre ingenuo ingenuis nascitur, si Dominus eam collocavit in matrimonium, vel si scivit eam nubere & studio tacuit. Nov. 22. c. 10. § 17. Auth. Ad hoc C. de Latin. lib. toll. Si ipse Dominus duxerit ancillam ex dotis inscriptione & libera censetur, filiique fiunt ingenui Auth. Nova alia C. de natural. lib. Nov. 78. c. 3.

## Tit. V. De Libertinis.

Ad pr. Liber fit etiam servus interdum sine manumissione v, g. præmii loco t. t. C. pro quibuscausis servos pro præmio & c. Vel cautione prioris domini alienantis l. ult. ff. qui sine manumis. ad libert. § c. delicto domini l. 2. ff. d. t. Donell. lib. 2. comm. c. 12. Si Dominus actis intervenientibus servum suum filium nuncupavit. §. fin. I. de Adopt.

1. Ad §. 1. Jurisdictio voluntaria non requirit solennitatem temporis vel loci hic § l. 2. de off. Procons. L. 7. ff. de Manum. vindict. adeoque etiam extra territorium jus dicentis exerceri potest Jason. in l. fin. n. 6 de Jurisdict. (ubi exempla) § ibi Duarenus, Covarr. l. 3. Resolut. c. 20. n. 8. Knicben. de sublim. territ. jure c. 1. n. 334.

Tit.



*Tit. VI. Quib. ex caus. manum. non licet.*

*Ad pr.* Qui in fraudem creditorum servum manumittit, nihil agit, (ratio non tantum in l. 5. C. de LL. sed & in favore libertatis, ne ea semel data revocetur;) respectu scil. creditorum, non sui l. 5. C. de servo pignori dato. quia proprium factum nemo potest impugnare l. 25 pr. de Adopt.

*Ad §. 1.* Dari infamiam facti rectè ex hoc §. & l. pen. §. 2. de extraord. cognit. & l. 2. C. de dignit. colligimus. Vid. Hill. in Don. l. 18. c. 6. lit. 1.

*Ad §. 2.* Cui conceditur consequens, conceditur etiam id, per quod pervenitur ad illud, modo utrumq; ab ejusdem concedentis voluntate dependeat, hoc §. L. 2. ff. de Jurisdic. secus in aliis. Vid. Everb. in loco 126.

*Ad §. 3.* Fraus committitur vel in re ipsa sive eventu, vel consilio. 1.  
Jason. in l. Si quis cum aliter 36. de V. O. hic utraque requiritur, & probanda à creditore. Interdum sane sola fraus in re sufficit, ut in manu- 2.  
missione fideicommissaria, l. ult. C. qui manumitti non possunt, ratio, quia fideicommissa ultra vires hereditatis non debentur, hinc às alienum prius deducendum. Hill. in Don. lib. 2. c. 13. lit. H. idem dicendum, si quis 3.  
à debitore obærato titulo lucrativo res acceperit, ubi licet consilium fraudandi non sit probatum, tamen eventus sufficit. L. 5. C. de Revocand. his, que in fraud. Cred. & ibi Autor in Commentar.

*Ad §. 5.* Minorem 25. annis esse posse procuratorem ad litem ex hoc 1.  
§. non evincitur. Repugnat enim l. 51. de Procur. & l. 12. pr. C. eod. Sed sermo hic est de procuratore ad negotia, qui licet aliàs puer esse possit, l. 23. de Minor. l. 8. de Instit. act. hic tamen favor minoris aliud exposcit, 2.  
quis enim cum minoris procuratore minore tutò contraxerit? Sententia ergò verior esse videtur, minorem procuratorem in judicio esse non posse per l. 12. vers. sane. C. de Procur. quod & clarius in c. qui generaliter 5. §. licet de procur. in 6. habetur; licet, si adhibitus sit, parte adversà nihil opponente, judicium non videatur esse nullum per l. 51. pr. ff. de procur. jun- 3.  
ct. a l. 16. de minor. Ad purgandam contumaciam & excusandam absentiam minor admittendus, per d. l. 12. Vid. Treutl. disput. 9. th. 5. & ibi Bachev. ut & in Disp. 8. th. 1. lit. C. Hill. in Donell l. 18. c. 3. lit. T. Vid. Aut. in L. 12. C. de procur. & pluribus hanc sententiam confirmat Dn. Carpozov. de Process. Tit. 5. artic. 1. n. 29. seqq.

*Ad §. 6.* Sententia ex falso testimonio vel instrumento lata indire- 1.  
ctò per querelam falsi impugnari potest, ubi & falsum esse instrumentum, & judicem illud lecutum ita pronunciasse, probandum est  
l. 1



2. *l. 1. § 3. C. si ex falsis instrum.* Exceptio hic habetur ob favorem libertatis, quod idem in piis causis, cum à libertate ad pias causas regulariter ducatur argumeneum,

1. *Ad §. ult.* Quod hic de 18. annis habetur, correctum est per *Nov. 119. c. 2.* ubi concessum, ut ex eo tempore, quo testari quis potest, etiam testamento manumittere possit; Masculus scilicet anno 14. foemina anno 12. completo; quam tamen correctionem ad actus inter vivos extendendam non esse, rectè notat *Vult. h. l.*

*Tit. VII. De Lege Fusia Canin. tollend.*

A contractibus ad ultimas voluntates argumentum valet affirmativè, tanquam ad magis probabile, cujus regulæ aliquot ex *Jasone* exceptiones notat *Everb. in Topicis in loco 36.* & plures adhuc *Dan. Moller. in semestr. l. 5. per tot.*

*Tit. VIII. De his qui sui vel al. jur.*

1. *Ad §. 2.* Invitus nemo vendere compellitur *l. invitum 11. C. de contrah. vendit.* nisi 1. quis jussus vendere à testatore, *l. 66. de Leg. 1. 2.* ob judicium communi dividundo *l. 13. §. 17. de act. emti.* 3. Ob sævitiam ut hic. 4. Ob favorem specialem rei alienatæ. *l. fin. C. de patrib. qui filios distraxerint.* 5. Ob publ. utilitatem *l. 1. §. cura carnis 11. de off. Præfetti urbi. vid. Fabianus à Monte de emtione quest. 3. n. 33. Godofr. in d. l. invitum.* maxime si res sit alioquin venalis. *Covarr. l. 3. resol. c. 14. n. 1.* 6. Ob favorem religionis. *l. 12. pr. de Keleg. Fabi. d. l. n. 39. Valasc. c. 1. consult. 22. n. 2. § 3. Covarr. d. l. n. 7.* 7. Ob favorem fisci. *l. un. C. de vendit. rer. fiscal.* Semper tamen id fieri posse intelligitur pro justo & præsentì pretio. *Fab. d. l. n. 40. Valasc. d. n. 5. § 6. Vid. § Jason. in l. Barbarius n. 24. de offic. prætor. Vasq. p. 1. contr. lib. 1. cap. 15.* Et quia ob sævitiam hic Dominus cogi potest ad vendendum servum, colligunt inde, etiam Principem Vasallos jure suo privare posse, si nimiam sævitiam in subditos exercent, ubi tamen in praxi admonitionem Superioris præcedere debere, ut à sævitia desistat Vasallus, asserit *Gail. lib. 1. Obs. 17. n. 4. Harprecht. h. §. n. 14.* Interest Reip. ne sua re quis malè utatur, si scil. *abusus tendat in damnum & præjudicium tertii*, ut hic; Exempla alia ap. *Heig. Harpr. § Dd. h. t.* Alias secus, cum quilibet, qui ad maturitatem judicii pervenit, re sua abuti possit. *l. 25. §. consuluit 11. ff. de petit. her. l. 1. §. 17. si quid in fraudem patroni. Vid. Vasq. d. lib. 1. c. 17.*

n. 2. § 3.



02 H 385

ULB Halle

3


003 058 689



Vb 17








Nº 379





1695



B.I.G.

Farbkarte #13



ene vertat!

ANNEMANNI,

eberrimi,

. Brandenburg.

. & in Acad. Francof.

arii,

IUSTINIANEA. I.

id

Libr. I. Institut.

am,

ex GROTIO,

IDERICIANA

SIDE

ELE STRYKIO,

rdinar. & Facult. Juridicæ

sfore,

ore Patruo, honoratissimo,

A. O. R. M. DC. XCV.

ifitioni submittit

EL BRVNNEMANN,

Pomeranus.

Magdeburgica,

MANNIANIS,